



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1100. Usque Ad Annum 1143

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1762

VD18 90117999

§. 52. Bernardus Episcopus Parmensis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66385](#)

deli-
que,
unt,
fan-
re re-
cilio
cle-
&
es-
Epi-
cri-
um
esse
ata
on.
tu-
cle-
ve-
pus
am
de-
us,
Pa-
ilio
ola
en-
am
am
Re-
ni-
nu-
in-
ti,
viti, obsequii debiti, aut domicilii com- *Sæcul. XII.*
munis necessitate cum excommunicatis *A.C. 1106.*
cōmunicassent. Atque Gregorii VII. *Sup. lib.*
Constitutionem in argumentum addu. *LXII. § 51.*
cit.

§. LII.

Bernardus Episcopus Parmensis.

Gastalla digressus Paschalis Papa Par- *Dominiz.*
mam venit, ubi rogatus a civibus, *Ital. Sacr.*
Ecclesiam Cathedralem, prius S. Hercu- *to. 2. p. 181.*
lano, Patrono suo, Sacram, Sanctæ Vir-
ginis honori dedicavit, eamque Eccle-
siam soli Sacræ Sedi subiectam declara-
vit. Ibidem Episcopum ordinavit Ber-
nardum Cardinalem, quem Parmenses,
ante biennium ignominiose repulsum,
nunc expetebant, eumque Legatum
suum constituit. Bernardus ex nobili
familia Ubertinorum Florentiæ natus, *ibid. p. 213.*
deinde Institutum monasticum ample-
xus, primus Abbas S. Salvii Florentiæ,
tum Præpositus Generalis Congregatio-
nis Vallis umbrosæ, numero septimus,
fuit. Eum Urbanus II. Papa Cardinalem
Presbyterum Titulo S. Chrysogoni crea-
tum variis Legationibus fungi jussit.
Paschalis Papa eundem cum Legati po- *Dominizo.*
testate ad Comitissam Mathildem misit,
cujus consilio in rebus arduis illa utere-
tur. Apud Mathildem ergo commoran-
tem non nulli Parmenses pii & Catho-
Hist. Eccles. Tom. XVI. L lici,

Sæcul. XII. lici, adeunt roganque, ut ad urbem ipso-
A.C. 1106. rum diverteret, & Schismaticos, qui a

tempore Cadaloi Antipapæ, olim Episco-
pi Parmensis, ibi reperiebantur, suo hor-
tatu ad concordiam reduceret. Venit
Parmam Bernardus anno millesimo cen-
tesimo quarto, ipsa Mathilde suadente, ut

Sup. l. LX. iter susciperet. In Feste Assumptionis
§. 47. Sanctæ Virginis Missam solemnri ritu in

ejusdem Ecclesia celebrans, de more, re-
citato Evangelio, pro Concione dixit;
verum cum contra Henricum Imperato-
rem libere declamaret, populus, huic
Principi addictus, strictis gladiis in per-
orantem irruit. Abstrahitur ab Altari,
& ex Ecclesia raptatur, ut in carcerem
detruideretur. Vasa Sacra, Mathildis, piis-
simæ Principis, dona, ex Altari auferun-
tur. At Generosa Mathildis tumultum
& Cardinalis periculum per nuncios edo-
cta Parmam cum milite contendit. Illico
seditionis auctores consternati Bernar-
dum liberum dimittunt, vasa Sacra re-
stituunt. Quare iisdem Mathildis, Car-
inali instantissime rogante, ignovit.
Tandem hoc anno millesimo centesimo
sexto Parmenses, post obitum Impera-
toris, mutata rerum facie, hunc ipsum
Bernardum Episcopum sibi dari postula-
runt.

§. LIII.